dellatores itidem pro suo intereße et præfatorum minorennes, cum assistentia fratris adulti, ac Generosorum Christophori Rey de Naglowice Dapiferi Terræ Lublinen, Abrahami Zbąski, Procopii Ossolinski, Jacobi Rzońka, et aliorum Tutorum suorum legitimorum ipsis per olim parentem eorum inscriptorum, ac testamento assignatorum, Actores instituta, Nobili Adamo Bordecrowski, tanquam impossessionato in tenore legibus seu Constitutionibus Regni de impossessionatis conveniendis, sancitis, Citato, ad videndum et audiendum pœnam banitionis, de Regnoque et dominiis eius annexis proscriptionis, super ipso extendi et decerni, eamque per Officialem publicari, ac ad ulteriorem executionem eius rei iudicatæ contra ipsum procedi; Ideo. Quia ipse existens ab ipsis dellatoribus, uti impossessionatus, in Officio Capitaneali Castren. Lublinen., vigore Inscriptionis Iudiciorum Ordinariorum Generalium Tribunalis Regni Lublinen., roborationis per olim parentem dellatorum cum ipso certa Intercisa, occasione Arendæ bonorum Trzebcze et Kulikow confectæ, Pro vadio Septingentorum florenorum pecuniæ polonicalis, ratione per ipsum in contrarium præfatæ Intercisæ et conditionis in ea appositæ Summæ restantis Sexaginta Octo florenorum pecuniæ polonicalis pro tempore præfixo, neque præ dicto olim parenti dellatorum, nec ipsis, uti illius legitimis successoribus persolutionis, succubito, iure victus ac primum Luctu, deinde Astitione termini concitatorij satisfactorijque eo nomine contra se in contumaciam sui post factas aliquot vicibus secum Scriptiones Terminorum obtento; processu eius causæ in Actis Castren. Lublinen. connotato, latiore: Nihilominus eiusmodi rei iudicatæ non satisfecit, nimirum vadium præfatum Septingentorum florenorum pecuniæ polonicalis, in Intercisa illiusque Inscriptione roborationis et citatione sua contentum et super se lucratum, cum pœnis Iudicialibus pro tempore et loco in legibus Regni descriptis, non exsolvit, nec fideiussores possessionatos, de satisfactione pro ipsa re iudicata, ut par erat, statuit. Citatione ipsa præmissa omnia latius dictante. Terminum Eodiernum peremptorium in diem præsentem, ex scriptione conservationeque termini legitime incidentem et provenientem, Partes præfatæ, Actores per Nobilem Adamum Radoszkowski, citatus vero per Nobilem Stanislaum Rybczowski præsentes, comparentes et terminum attentantes; Iterum de mutuo consensu tunc ad Terminos Iudiciorum in Castro Lublinen., post Decem Octo Septimanas, proxime et immediate celebrandos, scripserunt et prorogaverunt; In quibus præfatis Terminis, partes memoratæ habebunt Terminum peremptorium, per Iudicium præsens conservatum, talem qualem ad præsens habere debuerunt, nullius eorum iure læso.

Iidem Limitant.

IN Causa et Actione Iudiciaria, coram præsenti Capitaneali Castren. Lublinen. Iudicio, per Instigatorem Iudicii eiusque, et eius dellatores Generosos, Georgium adulti,

Joannem

Joannem, Andream, Marcum, Nicolaū, et Stanislaū minorennes Rze:
Bychie filios et succ[e]ss[o]res l[e]g[i]timos olim Gn[er]osi Andreæ Rzecsycky Succame:
varii Terræ Lublinen[sis] et Capnei [illegible] Instigatorem quiq[ue] pro suo, della:
tores itiq[ue] pro suo interēe et p[rae]sertim minorennes, cum assisten[tia] f[rat]ris adulti ac Tu[to]:
torum Christophori Rey de Naglowice Dapiferi Terræ Lublinen[sis], Abrahami
Zbąsky, Procopii Osslinsky, Jacobi Pszonka, et aliorum Tutoru[m] suoru[m] l[e]g[i]ti:
morq[ue] ipsis per olim parentem coru[m] inscriptorum, ac testamento assignatoru[m] Acto:
res instituta, Nobili Adamo Borzeclowsky, tanq[uam] impossessionato, m[edi]a rer[um]
legibus seu Constitutionibus Regni de impossessionatis conveniendisq[ue] sancitis, citā:
to, ad videndu[m] et audiendu[m], poenam banitionis, de Regno Poloniæ dominiisq[ue] ei[us]
annexis, proscriptionis. Ideo. Quia ipse exn̄s ab ipsis dellatoribus uti impossesso:
natus in Officio Capli Castren[sis] Lublinen[sis], vigore Inscriptionis Judicior[um] Ordina:
rior[um] Generalium Tribūs Regni Lublinen[sis], roborationis per olim parentem dellatorum,
cu[m] ipso certæ Intercisæ, occōne arendæ bonoru[m] Krzebcze et Kulikow confectæ
Pro vadio Septingentoru[m] floren[orum] peccæ polonical, rōne per ipsu[m] in contrariu[m] p[ro]:
factæ Intercisæ et conditionis in ea apposita, pecoru[m], circa expirationem arendæ
ipsis dellatoribus, uti p[rae]dicti olim p[at]ris eorum l[e]g[i]timis successoribus non ex inte:
gro, prout ipsi, circa locationem arendæ traditi erant, redditionis, nimirum
duaru[m] tantum vaccarum restitutionis, reliquoru[m] v[er]o pecoru[m] scil[ice]t vaccarum
Decem Octo, et tauri unius circa se retentionis, neq[ue] pro quolibet tali pecore per
floren[os] polonical Septem dellatoribus solutionis; nec trium iuvencaru[m] seu vitulo:
rum, quos adultos circa expirationem arendæ reddere tenebatur, ipsis dellatoribus
restitutionis, neq[ue] pro quolibet tali peccore per Quatuor floren[os] polonical ipsis
circa expirationem arendæ persolutionis, succubito, ivrevictus, ac primu[m] Quaro,
deinde Astitione termi concitatorij satisfactoriiq[ue] eo nōie coru[m] se in contumam
sui post factas aliquot vicibus secu[n]du[m] Scriptiones Terminorum, obtento, proces:
su eius cā in Actis Castren[sis] Lublinen[sis], connotato, latius testantu[r]: Nihilominus
eiusmōi rei iudicatæ non satisfecit, nimiru[m] vadium p[rae]fatum Septingentorum
floren[orum] peccæ polonical in Intercisa illiusq[ue] Inscriptione roborata, et citatione sua co:
tentu[m] et sui se lucratu[m], cum poenis Judicialibus, pro tempore et loco in legibus
Regni descriptis, non exsolvit, nec fideiussores possessionatos, de satisfactione
pro ipsa re iudicata, ut par erat statuit. Citatione ipsa p[rae]missa oīa fusius
et copiosius suo in tenore complectens. Terminum Eodiernum peremptum in
diem p[rae]sentem ex scriptione consensioneq[ue] termi l[e]g[i]time inciden[tem] et provenien[tem].
Partes p[rae]fatæ Actor per Nobilem Adamum Radoschowsky, citta v[er]o per No:
bilem Stanislaū Rybiedowsky plenipotentes suos, comparen[tes] et terminum attentan[tes]
Iterum de mutuo consensu Eme ad Terminos Judicior[um] in Castro Lublinen[si]

post

post Decem Octo Septimanas proxe et immediate celebrans, sequentes et ... rogaverunt. In quibus proxis Terminis partes memoratae habebunt Terminum peremptum per Iudicium praesens ... talem qualem ad primos habere debuerunt, nullius eandem iure loco.

Inter Branickie et Slugocky Scrutinium.

Proposuerunt Iudicio coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi Iudicio, Generosi infrascripti Branicscy, Actores, contra infranominatum citatum; Citatione tenoris huiusmodi. Ioannes Firley de Dambrowica Lublinensis etc Capitaneus. Tibi Nobili Ioanni Slugocky, olim Lucae Slugocky filio, tanquam facinoris infrascripti principali, homicidae, de persona tua ac bonis tuis generaliter omnibus, mandamus rigore Regio et nostro Capitaneali ex officio, quatenus coram Iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in Terminis Iudicialibus Capitalibus Castrensibus Lublinensibus feria secunda post festum Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, vel his intermissis, tunc in his qui proxius post praefatum tempus ibique celebrabuntur. Ad instantiam Generosorum Stanislai et Ioannis Branickie, filiorum Generosi Iacobi Branicky, fratrum vero germanorum Generosi olim Pauli Branicky, et pro suo interesse, successorum legitimorum personaliter et peremptorie compareas. Qui te adultus per se, minorennis vero cum assistentia fratris natu senioris, vigore Constitutionis de educendis scrutiniis sancitae, citant ad expediendum et deducendum contra te scrutinium, per inductionem testium fide dignorum. Ideo: Quia tu tempore in protestatione specificato, timore Dei et dilectione proximi postpositis, rogato primum et summopere invitato, eoque olim Generoso Paulo Branicky in Curia tua villae Slugocin, ibique vase ex argilla confecto et cerevisia impleto, eique olim Paulo Branicky salutem precanti, volenti similiter tibi integrum ab ipso exhauriri, prohibuisti, et nemini infundendum concessisti, imo remotis pueris astantibus solusmet toxicum iam studiose praeparatum, una cum cerevisia infudisti, utque totum ebiberet, instabas. Quod cum ille minus praescius mali ebibit, statim morbo gravi ex infectione veneni per te illi data, correptum vita privasti; protestatione et obductione de praemissis latius canente; Citaris itaque ad videndum et audiendum contra te expediri scrutinium, caeteraque in talibus fieri solita, statui et exequi, sis praemissa attentaturus, et si quid de iure

competierit